Hs. 24

1175 viam et immanissimam in Alpibus nivem reversi sunt in Ratisponam, ac deinde in terram suam. Redditi vero suis delitescebant ubi poterant, nec usquam audebant apparere curię, quamdiu Zobezlaus dominabatur Boemie. Cum proxima estate Udalricus et sui revertuntur,[1] honeste quidem licentiati ab imperatore, set ita attenuati, ut assumpto peregrino habitu scutum et gladium co~~m~~nmutaverint in peram et baculum. Hec autem sunt nomina nobilium, qui clam duce suo taliter sicut dictum est, redierunt: Zobezla, Zbrazla, Michal, Dirsata, Orazza, Spera, Jetsutbor et alii multi.[2]

Die Namen von and. Hand auf freigelassenem Platz nachgetragen. P

Eodem anno mortuus est Erleboldus abbas montis Syon, vir venerabilis vite, cui successit prepositus de Doczan Adalbertus nomine, vir valde probus et ydoneus, qui prefuit illi domui annis XXXII mensibus V.

1176 (1175) Anno dominicę incarnationis M°C°LXXVI Zobezlaus instinctu Boemorum missa legatione ad ducem tunc Austrię Henricum nomine, avum eius, qui nunc est, questionem movet de terris super magnam

1) Nach Otto v. St. Blasien (SS rer. Germ. S. 33) brach er nach 1175 Apr. 16 aus Italien auf.

2) Zum Zusammenhang damit vgl. den Brief Heinrichs I. an Herzog Sobieslaw, ~~Sudendorf, Registrum I, 80~~ Friedrich, ~~Reg. Boh.~~ Cod. dipl. Boh. I, ~~155, Nr. 353~~ 277, der kurz nach der Flucht der Böhmen geschrieben sein muß.